Dela Biblioteca del Col.º m.or de Cuenca.

b14822982

STILVS ANTIQVVS

SVPREMÆ CVRIÆ AMPLISSImi ordinis Parlamenti Pariſienſis, nuper è ſuo prototypo, & antiquis Regeſtis eiuſdem Curiæ de verbo ad verbum tranſſumptus, Cum nouis Annotationibus Dñ. Caroli Molinæi, Iuriſ. Pariſ. in eadem Curia aduocati ſolertiſſimi, margini adiectis, & antiquis additionibus Dñ. Stephani Aufrerij, Iuris vtriuſque doctoris, & in Parlamento Tholoſano inquiſitionum Præſidis, tractatibus & appendicibus ſuis,

Authoris damnati

Omnia nouè recognita, repurgata, redintegrata, & locupletata, & in ſeptem partes diſtincta, ſtudio ſucciſiuo præfati Caroli Molinæi, denuò ab eodẽ authore recognito & aucto.

SEPTEM PARTES OPERIS PAGINA SEQVENS INDICAT.

Leui. 19.

Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis: & time dominum Deum tuum.

Prouerb. 16.

Corona dignitatis ſenectus, quæ in viis iuſtitiæ reperietur.

PARISIIS,
Apud Galeotum à Prato ad primam Regij Palatij columnam.

ANNO DOMINI M. D. LVIII. MENSE SEPTEMBRIS.

Cum priuilegio Regis.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA

1.ª
15583

Stilus antiquus Curiæ ſupremæ & AMPLISSIMAE PARLAMENTI PARISIENSIS,

natiuæ ſuæ integritati ad contextum regiſtri veteris eiuſdem Curiæ nunc demum reſtitutus, per triginta quatuor capita & paragraphos aptè diſtinctus, & à mendis infinitis peruerſionibuſque tum veteris & natiuæ ſuæ literæ, tum ſenſus, quibus priores impreſſiones ſcatebant, repurgatus detractis, quæ falſò è gloſſa in textum deſultauerant, & fideliter redintegratis quæ perperam à textu truncata erant, opera ſtudióque Caroli Molendinæi. I. P. & in eadem Curia aduocati ſolertiſſimi, cum breuibus & deciſiuis annotationibus eiuſdem Molendinæi margini appoſitis, opus denuo ab eodem. C. M. recognitum & auctum.

Stilus Curiæ Parlamenti.

PROOEMIVM.

a 1 QVONIAM hominum memoria labilis[a] eſt, & quia de ſtilo curiæ Franciæ[1] pauca reperiuntur, & dictus ſtilus

*1 Franciæ) Parlamẽtum Pariſiẽſe dicebatur anti-
quitus curia Franciæ. Ioan. Fab. l. 1. C. de ſum. tri. Maxime ab antiquo & authoritatis & integritatis
adeo vt Imperatores et Reges iudicio ei⁹ ſeſe ſubiicerent vt anno Domini. 1244. Frideric⁹ 2. Impera-
tor nepos in directa Friderici primi Aenobarbi Imperatoris vtriuſque Siciliæ rex & Imperator in Ger
mania & Italia ſeſe eiuſdem curiæ iudicio ſubmiſit ſuper omnibus grauiſſimis controuerſiis regno-
rum & imperij, quas habebat contra Inno. papam. 4. qui tametſi regem Franciæ fauentem haberet noluit ſue dedigna-
tione, ſiue (quod veriſimilius eſt) cauſæ ſuæ ſub tam acri & incorrupto iudicio timens (volebat enim omninò præfatũ Impe-
ratorem propria authoritate imperio & regnis ſententiando priuare, vt in c. ad apoſtolica de re iudi. in 6. vbi ipſe Innoc.
papa in ſua gloſa ait ſeſe infinitis terra mariſque vix innarrabilibus periculis ſubieciſſe vt illã ferret ſententiã.
in augenda ſua potentia. Et anno 1312. cauſa comitatus Namurcenſis in eadem curia agitata fuit inter Iohannem comi- Tantus erat
tem Namurcenſem & Carolum Valeſium fratrem regis, qui poſtea rex fuit, & fuit areſtum latum ab eadem curia con-
tra Carolum Valeſium Anno 1320. Philippus princeps Tarentinus & Burgundiæ dux, ſeſe ſubmiſerunt eidem curia in cau
ſa ſumptuum pro recuperatione imperij Conſtantinopolitani, & arreſtum in eadem rege præſente latum pro principe Ta-
rentino, qui poſtea iudicio eiuſdẽ Curiæ propter quadã alia mulctatus fuit. Dux Lotaringiæ & Vidus Caſtellionæus ſuper
eius in erciſcundis ditionibus in Lotharingia & alibi ſitis, eidem curiæ ſe ſubmiſerunt & areſto eiuſdem curiæ deciſum Anno
1342. Deinde anno 1390. Delphinus Viennenſis & comes Allobrogũ vulgo Sabaudiæ ſeſe eidẽ curiæ ſubmiſerunt ſuper hõ-
magio Marchionatus Salutiarum, & eiuſdem curiæ iudicio adiudicatũ Delphino. Deinde per aliud areſtũ dictus comes pro
reſtitutione fructuũ, damnis, & intereſſe condẽnatus in ducentis millibus libris auri. & tempore Caroli ſexti Cameracẽ-
ſes vocati in ius in eadem curia ſuper contemptu areſtorum comparuerunt, ſteterunt iuri, & ſatisfecerunt. Anno 1403. qui-
dam nobiles equites Hiſpani in eandem curiam attulerunt tractatum fœderis inter regem Caſtellæ, & regem Luſitaniæ
ſeu Portugalliæ, vt in eodem ſenatu publicaretur hoſtiis apertis quod factum fuit, & monumentum publicationis habuerunt
ſecũmque tulerunt. Tãta fuit eiuſdem curiæ authoritas & dignitas. Plura breuitatis cauſa prætereo. C. M.*

Cum priuilegio.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA